

nos, de las que Nós ha impulsado á hablaros una ardiente caridad, y Nós esperamos que sean recibidas con espíritu dócil por toda la nacion húngara.

Así fué como vuestros padres, para poder triunfar tan admirablemente en Buda de terrible enemigo, no solamente desplegaron su valor guerrero sino tambien la virtud de la religion, la cual, de la misma manera que os ha valido desde el principio la fuerza y la suprema autoridad del poder, será tambien en lo sucesivo vuestra garantía de prosperidad en el interior y de gloria en el exterior. Nós deseamos que estos bienes y ventajas se os concedan, para lo cual las hacemos objeto de Nuestras oraciones, pidiéndolas por intercesion de la bienaventurada Virgen Madre de Dios, á quien está consagrado el reino de Hungría, tanto que lleva su nombre; Nós imploramos á este mismo propósito los auxilios de San Estéban, quien habiendo adornado y colmado á vuestra patria de toda suerte de beneficios, desde lo alto del cielo se dignará, como Nós lo esperamos firmemente, mirarla con benevolencia y tomarla bajo su invencible proteccion.

Fundados en esta esperanza, Nós concedemos afectuosamente en el Señor, como prenda de las gracias celestiales y en testimonio de Nuestra paternal benevolencia, la Bendicion aposólica, á vosotros, Venerables Hermanos, á vuestro clero y á todo vuestro pueblo.

Dado en Roma, cerca de San Pedro, el 22 de Agosto de 1886, año IX de Nuestro Pontificado.—LEON XIII PAPA.

Sagrada Inquisicion Universal Romana.

A nonnullis Galliarum Episcopis sequentia dubia S. R. et Univ. Inquisitioni proposita sunt: "In Epistola S. R. et U. I. 25 Junii 1885 ad omnes in Gallica Ditione Ordinarios circa civilis divortii legem ita decernitur: Attentis gravissimis rerum, temporum ac locorum adjunctis, tolerari posse ut qui magistratus obtinent et advocati causas matrimoniales in Gallia agant quin officio cedere teneantur",

conditiones adjecit, quarum secunda haec est: Dummodo ita animo comparati sint tum circa valorem et nullitatem conjugii, tum circa separationem corporum de quibus causis indicare coguntur, rut nunquam proferant sententiam, neque ad proferendam defendant, vel ad eam provocent, vel excitent divino aut ecclesiastico juri repugnantem.

I. "An recta sit interpretatio per Gallias diffusa ac etiam typis data, juxta quam satisfacit conditioni praecitatae iudex qui, licet matrimonium aliquod validum sit coram Ecclesia, ab illo matrimonio vero et constanti omnino abstrahit, et applicans legem civilem pronunciat locum esse divortii, modo solos effectus civiles solumque contractum civilem abrumpere intendat, eaque sola respiciant terminis prolatae sententiae. Aliis terminis, an sententia sic lata dici possit divino aut ecclesiastico juri non repugnans?

II. "Postquam iudex pronuntiavit locum esse divortii, an possit Syndicus (gallice, le maire) ipse solos effectus civiles solumque civilem contractum intendens, ut supra exponitur, divortium pronuntiare quamvis matrimonium validum sit coram Ecclesia?

III. Pronuntiato divortio, an possit idem syndicus conjugem ad alias nuptias transire attentantem civiliter cum alio jungeré, quamvis matrimonium prius validum sit coram Ecclesia vivatque altera pars? Feria V. loco IV die 27 Maii 1886.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita coram Eminentissimis ac Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus propositis suprascriptis dubiis, ac praehabito Voto DD. Consultorum, iidem Eminentissimi ac Reverendissimi DD. rescribi mandarunt.—Ad primum, secundum et tertium dubium *Negative*.

Eadem feria ac die, facta de his Sanctissimo Dno, Nostro Leoni Papae XIII relatione, Sanctitas Sua resolutiones eminentissimorum PP. approbavit et confirmavit,

JOS. MANCINI

S. Rom et Univ. Inquis. Notarius.

DOCUMENTOS ECLESIASTICOS.

IMP. DE N. PARGA.

RESP., TOMAS GONZALEZ.

TOM. V.

GUADALAJARA, NOVIEMBRE 8 DE 1886.

NUM. 21.

SECCION I.

Continuan las proposiciones CONDENADAS POR LA IGLESIA.

79 proposiciones de Miguel Baio, que condenó S. S. Pio V en 1567 en la Constitución Ex omnibus, cuya condena-

ción fué confirmada por S. S. Gregorio XIII en el año de 1579 en la Constitución: Provisiois Nostrae, y por S. S. Urbano VIII en el año de 1641, en la Constitución: In eminenti.

1. Nec angeli, nec primi hominis adhuc integri merita recte vocantur gratia.
2. Sicut opus malum ex natura sua est mortis aeternae meritorium, sic bonum opus ex natura sua est vitae aeternae meritorium.
3. Et bonis angelis, et primo homini, si statu illo perseverasset, usque ad ultimum vitae, felicitas esset merces, et non gratia.
4. Vita aeterna homini integro, et angelo promissa fuit intuitu bonorum operum, et bona opera ex lege naturae ad illam consequendam per se sufficiunt.
5. In promissione facta et angelo et primo homini, continetur naturalis justitiae constitutio; qua pro bonis operibus sine alio respectu vita aeterna justis promittitur.
6. Naturali lege constitutum fuit ho-

mini ut si in obedientia perseverasset, ad eam vitam pertransiret in qua mori non posset.

7. Primi hominis integri merita fuerunt primae creationis munera, sed juxta modum loquendi scripturae sacrae non recte vocantur gratia quo fit, ut tantum merita, non etiam gratia debeant nuncupari.

8. In redemptis per gratiam Christi nullum inveniri potest meritum bonum, quod non sit gratis indigito collatum.

9. Dona concessa homini integro et angelo forsitan non improban la ratione possunt dici gratia sed quia secundum usum sacrae scripturae nomine gratiae tantum munera intelliguntur, quae per Jesum Christum male meritis et indignis conferuntur. ideo neque merita, neque merces, quae illis redditur gratia dici debet.

10. Solutio poenae temporalis, quae peccato dimisso, saepe remanet, et corporis resurrectio proprie non nisi meritis Christi adscribenda est.

11. Quod pie et juste in hac vita mortali usque in finem conversati vitam consequimur aeternam, id non proprie gratiae Dei; sed ordinationi naturali statim initio creationis constitutae, justo Dei iudicio deputandum est, neque in hac retributione bonorum ad Christi meritum respicitur, sed tantum ad primam institutionem generis humani, in qua lege naturali constitutum est, ut justo Dei iudicio obedientiae mandatorum vita aeterna red latur.

12. Pelagii sententia est: Opus bo-

num citra gratiam adoptionis factum, non est regni coelestis meritum.

13. Opera bona a filiis adoptionis facta non accipiunt rationem meriti, ex eo quod fiunt per spiritum adoptionis inhabitantem corda filiorum Dei, sed tantum ex eo, quod sunt conformia legi, quodque per ea praestatur obedientia legi.

14. Opera bona justorum non accipiunt in die iudicii extremi ampliorum mercedem, quam justo Dei iudicio mereantur accipere.

15. Ratio meriti non consistit in eo, quod qui bene operatur habeat gratiam, et inhabitantem Spiritum Sanctum, sed in eo solum, quod obedit divinae legi.

16. Non est vera legis obedientia, quae fit sine charitate.

17. Sentiant cum Pelagio, qui dicunt esse necessarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam adoptionis, sublimetur ad statum Deificum.

18. Opera catechumenorum ut fides et poenitentia ante remissionem peccatorum facta, sunt vitae aeternae merita, quam vitam ipsi non consequentur, nisi prius praecedentium delictorum impedimenta tollantur.

19. Opera iustitiae et temperantiae, quae Christus fecit, ex dignitate personae operantis non traxerunt majorem valorem.

20. Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur poenam aeternam.

21. Humanae naturae sublimatio, et exaltatio, in consortium divinae naturae, debita fuit integritati primae constitutionis, et proinde naturalis dicenda est, et non supernaturalis.

22. Cum Pelagio sentiunt qui textum Apostoli, (ad Rom. II:) *Gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt*, intelligunt, de gentibus fidei gratiam non habentibus.

23. Absurda est eorum sententia, qui dicunt hominem ab initio, dono quodam supernaturali et gratuito, supra conditionem naturae suae fuisse exaltatum, ut fide, spe et charitate Deum supernaturaliter coleret.

24. A vanis et otiosis hominibus se-

cundum insipientiam philosophorum exigitata est sententia, quae ad pelagianismum rejicienda est, hominem ab initio sic constitutum, ut per dona naturae superaddita, fuerit largitate Conditoris sublimatus, et ad Dei filium adoptatus.

25. Omnia opera infidelium sunt peccata, et philosophorum virtutes sunt vitia.

26. Integritas primae conditionis non fuit indebita humanae naturae exaltatio, sed naturalis ejus conditio.

27. Liberum arbitrium sine gratiae Dei adjutorio, non nisi ad peccandum valet.

28. Pelagianus est error, dicere quod liberum arbitrium valet ad vitium peccatum vitandum.

29. Non soli fures et latrones, qui Christum viam et ostium veritatis, et vitae negant; sed etiam quicumque aliunde, quam per ipsum in viam iustitiae (hoc est ad aliquam iustitiam) conscendi posse docent.

30. Aut tentationi ulli sine gratiae ipsius adjutorio resistere hominem posse, sicut in eam non inducatur ac ab ea non superetur.

31. Caritas perfecta et sincera, quae est de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, tam in catechumenis quam in poenitentibus potest esse sine remissione peccatorum.

32. Caritas illa, quae est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.

33. Catechumenus juste, et sancte et recte vivit, et mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quae in baptismi lavaero demum percipitur.

34. Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet quo Deus amatur ut auctor naturae, et grati quo Deus amatur ut beatorum, vana est et commentitia, et ad illudendum sacris litteris et plurimis veterum testimoniis excogitata.

35. Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est.

36. Amor naturalis qui ex viribus naturae exoritur, ex sola philosophia per elationem praesumptionis humanae, cum

injuria crucis Christi defenditur a nullis doctoribus.

37. Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est quod ex naturae solis viribus ortum ducit, agnoscit.

38. Omnis amor creaturae rationalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quae a Joanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, qua per Spiritum Sanctum in corde diffusa Deus amatur.

39. Quod voluntarie fit, etiamsi necessario fiat, libere tamen fit.

40. In omnibus suis actibus peccator servit dominanti cupiditati.

41. Is libertatis modus, qui est a necessitate, sub libertatis nomine non reperitur in Scripturis; sed solum nomen libertatis a peccato.

42. Justitia qua justificatur per fidem impius, consistit formaliter in obedientia mandatorum, quae est operum justitia, non autem in gratia aliqua animae infusa, qua adoptatur homo in filium Dei, et secundum interiorem hominem renovatur, ac divinae naturae consors efficitur, ut sic per Spiritum Sanctum renovatus, deinceps bene vivere et Dei mandatis obedire possit.

43. In hominibus poenitentibus ante sacramentum absolutionis, et in catechumenis ante baptismum, est vera justitatio, separata tamen a remissione peccatorum.

44. Operibus plerisque, quae a fidelibus fiunt, solum ut Dei mandatis pareant ejusmodi sunt obedire parentibus, depositum reddere, ab homicidio, a fornicatione abstinere, justificantur quidem homines, quia sunt legis obedientia et vera legis justitia, non tamen iis obtinent incrementa virtutum.

45. Sacrificium missae non alia ratione est sacrificium, quam generali illa, qua omne opus quod fit, ut sancta societate Deo homo inhaereat.

46. Ad rationem et definitionem peccati non pertinet voluntarium, nec definitionis quaestio est, sed causae et originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium.

47. Unde peccatum originis, vere ha-

bet rationem peccati sine ulla relatione ac respectu ad voluntatem a qua originem habuit.

48. Peccatum originis est habitualiter parvuli voluntate voluntarium, et habitualiter dominatur parvulos, eo quod non gerit contrarium voluntarium voluntatis arbitrium.

49. Et ex habituali voluntate dominante fit, ut parvulus decedens sine regenerationis sacramento, quando usum rationis consecutus erit, actualiter Deo odio habeat, Deum blasphemet et legi Dei repugnet.

50. Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quae homo invitatus patitur, sunt prohibita praecepto *Non concupisces* (Exod. 20).

51. Concupiscentia, sive lex membrorum, et prava ejus desideria, quae inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia.

52. Omne scelus est ejus conditionis, ut suum auctorem, et omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio.

53. Quantum est ex vi transgressionis, tantum meritorum malorum a generante contrahunt, qui cum minoribus nascuntur vitiis, quam qui cum majoribus.

54. Definitiva haec sententia, Deum homini nihil impossibile praecepisse, false tribuitur Augustino cum Pelagii sit.

55. Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur.

56. In peccato duo sunt, actus et reatus, transeunte autem actu, nihil manet, nisi reatus, sive obligatio ad poenam.

57. Unde in sacramento baptismi, aut sacerdotis absolutione proprie reatus peccati duntaxat tollitur, et ministerium sacerdotum solum liberat a reatu.

58. Peccator poenitens non vivificatur ministerio sacerdotis absolventis, sed a solo Deo, qui poenitentiam suggerens et inspirans vivificat eum et resuscitat, ministerio autem sacerdotis solum reatus tollitur.

59. Quando per eleemosynas, aliaque

poenitentiae opera, Deo satisfacimus pro poenis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant (nam alioqui essemus saltem ex parte redemptores) sed aliquid facimus, cujus intuitu Christi satisfactio nobis applicatur et communicatur.

60. Per passiones sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta, sed per communionem charitatis nobis eorum passiones impartuntur, et ut digni simus qui pretio sanguinis Christi a poenis pro peccatis debitis liberemur.

61. Celebris illa distinctio doctorum, divinae legis mandata bifariam impleri, altero modo quantum ad praeceptorum operum substantiam tantum, altero quantum ad certum quendam modum, videlicet secundum quem valeant operantem perducere ad regnum (hoc est ad modum meritorium) commentitia est et explodenda.

62. Illa quoque distinctio qua opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex objecto, et omnibus circumstantiis rectum est, et bonum (quod moraliter bonum appellare consueverunt), vel quia est meritorium regni aeterni eo quod sit a vivo Christi membro per Spiritum charitatis, rejicienda est.

63. Sed et illa distinctio duplicis justitiae, alterius quae fit per spiritum charitatis inhabitantem, alterius, quae fit ex inspiratione quidem Spiritus sancti, cor ad poenitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis, et in eo charitatem diffundentis, qua divinae legis justificatio impleatur, similiter rejicitur.

64. Item et illa distinctio duplicis vivificationis, alterius qua vivificatur peccator, dum et poenitentiae et vitae novae propositum, et in hoc per Dei gratiam inspiratur, alterius, qua vivificatur qui vere justificatur, et palme vivus in vite Christo efficitur, pariter commentitia est, et Scripturis minime congruens.

65. Non nisi pelagianus errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus,

sive non malus, et gratiae Christi injuriam facit, qui ita sentit et docet.

66. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

67. Homo peccat etiam damnabiliter in eo quod necessario facit.

68. Infirmitas pure negativa in his in quibus Christus non est praedicatus, peccatum est.

69. Justificatio impii fit formaliter per obedientiam legis, non autem per occultam communicationem et inspirationem gratiae, quae per eam justificatos facit implere legem.

70. Homo existens in peccato mortali, sive in reatu aeternae damnationis potest habere veram charitatem, et charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeternae damnationis.

71. Per contritionem, etiam cum charitate perfecta, et cum voto suscipiendi sacramentum conjunctam non remittitur crimen extra casum necessitatis aut martyrii, sine actuali susceptione sacramenti.

72. Omnes omnino Justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum. Unde et Job et Martyres, quae passi sunt, propter peccata sua passi sunt.

73. Nemo, praeter Christum, est absque peccato originali, hinc B. Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque eius afflictiones in vita, sicut et aliorum Justorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis.

74. Concupiscentia in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus jam dominatur, peccatum est, sicut et alii habitus pravi.

75. Motus pravi concupiscentiae sunt pro statu hominis vitiosi prohibiti praecipto, *non concupisces*; unde homo eos sentiens, et non consentiens, transgreditur praeciptum *non concupisces*, quamvis transgressio in peccatum non deputetur.

76. Quantum ad aliquid concupiscentiae carnis in diligente est, non facit praeciptum, *Diliges Deum tuum ex toto corde tuo*.

77. Satisfactiones laboriosae Justicorum non valent expiare de condigno poe-

nam temporalen restantem post culpam conditionatam.

78. Immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, sed naturalis conditio.

79. Falsa est Doctorum sententia primum hominem potuisse a Deo creari, et institui sine justitia naturali.

SECCION II.

CIRCULAR

DEL GOBIERNO ECLESIASTICO DEL ARZOBISPADO DE GUADALAJARA.

El Padre Santo, el Pontífice supremo que, gracias á la Providencia Divina, dirige felizmente la Iglesia, no cesa de exhortar á sus hijos á la piedad y á la oración. Cuán bien sabe S. S. el gran valimiento y la eficacia de las súplicas que con fervor cristiano se dirigen á Dios Nuestro Señor!

No cabe duda que la oracion es la misteriosa arma que el Señor ha puesto en manos de su santa Iglesia y de los cristianos todos para librarse de las asechanzas del enemigo común, para extirpar el error, para vencer el poder de Satanás y para alcanzar del cielo las divinas gracias.

El infatigable Pontífice que tanto ha recomendado, no una sino varias veces, la devocion preciosa del Sacratísimo Rosario, y la ha enriquecido con abundantes gracias: que, para reanimar la devocion de los cristianos dispersos por todo el orbe, concedió un Jubileo extraordinario universal para el presente año; y que no ha mucho, dispuso que los sacerdotes de todo el mundo recitasen con el pueblo una deprecacion que S. S. mismo ordenó, se ha servido últimamente modificar esta deprecacion, en los términos del adjunto impreso.

Al recitar, como está mandado que lo hagais, las preces indicadas, por las cuales se ha servido S. S. conceder 300 dias de indulgencia, os recomiendo que vuestro corazon se halle lleno de fé: que ten-

gais fija vuestra confianza en el Señor de los ejércitos y de las Potestades; y que al volveros ante Su Magestad infinitamente soberana para implorar su favor divino, digais desde el fondo de vuestras almas las palabras que el mismo Dios inspiró á su siervo Salomon: *"Vuelve tus ojos, Señor Dios mio á la oracion de tu siervo y oye á sus ruegos: la alabanza y la oracion que tu siervo hace hoy delante de ti."*

Para que el contenido de las citadas preces llegue á noticia de todos los sacerdotes y fieles, y se recen éstas después de cada misa privada, le remito á V. suficiente número de ejemplares, de los cuales habrá uno tambien en cada altar de todas las Iglesias; y la presente circular se insertará en la *Coleccion de Documentos Eclesiásticos*.

Dios Nuestro Señor guarde á V. muchos años. Guadalajara, Octubre 19 de 1886.

✠ PEDRO,
Arzobispo de Guadalajara.

Las oraciones á que hace referencia la anterior circular, son las siguientes:

El Sacerdote dirá tres veces con el pueblo el *Ave María*, y luego la *Salve*, y en seguida

OREMOS.

¡Oh Dios, refugio y fortaleza nuestra! Mira propicio al pueblo que á tí clama, y por la intercesion de la gloriosa é Inmaculada Virgen María Madre de Dios, del Bienaventurado José su esposo, de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo y todos los Santos, oye misericordioso y benigno las oraciones que te dirigimos por la conversion de los pecadores, y por la libertad y exaltacion de la Santa Madre Iglesia.—Por Cristo Nuestro Señor. Amen.

Añádase la siguiente invocacion.—San Miguel Arcángel, defiéndenos en la lucha, sé nuestro amparo contra la perversidad y asechanzas del demonio. *Que Dios manifieste sobre él su poder*, es nuestra humilde súplica. Y tú, Príncipe de la milicia celeste, con el poder que Dios te ha conferido, arroja al infierno á Satanás y á los demás espíritus malignos, que vagan por el mun-